UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

28. Dies Maii. Quare non hac hora finis turpitudinis meæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

Visual Library

pro minimo morbo medicamentum, eſt graviu
quàm maximum in hâc vita tormentum. Si videres
regiam ſponſam, imperio Regis ſponſi, piceâ ind
tam veſte, per horas aliquot vivam aduri, quis fore
animi tui ſenſus? Cenſeres vel ſponſæ culpam eſſe
tra modum atrocem, vel ſponſi animum eſſe sup
modum ferocem. Si enim leve eſſet peccatum, h
eſſet non tam peccatum punire, quàm in peccante
ferocire. Cùm animam ob peccata levia Deus ex
geret tormenta tam gravia, aut Deum neceſſe eſſe
tyrannum, aut peccatum veniale, eſſe execrand
malum. Abſit, ut Deus ſit injuſtus, eſt Pater miſe
cordiarum, & ideò ſuper omnia opera eſt ejus mi
ricordia. Non Deus ignorans, qui falli poſſit in
pæ judicio, nec crudelis qui excedat in ejuſdem ſu
plicio, quare ſi, quem tam impensè amat, tam ſeve
caſtigat, ingens neceſſe eſt, ſit, & atrox malum, cu
ad malorum pœnas non moveantur viſcera miſe
cordiæ, cùm ita in ipſos ſæviat Clementia, ita ſævi
Benignitas, non parcat Bonitas. Tot inter quas
cenſui miſerias, tui miſerere, tot morbis dolendo
dere. Enimverò.

*Sanat languorem faciens medicina dolorem.*

## 28. DIES MAII.

Quare non hac hora finis turpitudinis meæ
*S. Auguſt. l. 8. Confeſſ. c. 12.*

**Peccati turpitudo.** I. UT peccatum non tantu
ut noxium fugias, ſed
fœdum horreas, propo
tibi ejus turpitudinem, quæ tanta eſt, ut uni
tantu

tantùm intuitus eſſet omnium intuentium certus interitus. Ubi cœpiſſes ejus fœditatem cernere, confeſtim deſineres vivere. Peccatum eſt omnium turpitudinum fæx, omnium ſordium colluvio, omnium fœditatum complexio, omnium deformitatum, quæ vel in terrá, vel ſub terrâ ſunt, & ubi vis eſſe poſſunt, coacervatio. Vel unicum peccatum purulentâ ſuâ ſanie, & fœdâ contagione, toti cœlo & terræ nauſeam ingenerat. Eſt enim peccatum cordis lues, Stygii Draconis ſputum, Luciferi tabificum phlegma, Cerberi aconitum, Erebi excrementum, Animi tabes, Virtutum ſtrages, Meritorum clades, Naturæ dehoneſtamentum, Mortis ſtipendium, verbo, malorum omnium compendium. Nulli hœdi tam malè olent, nulla ſentina ita fœtet, nulla cloaca tam tetrum expirat mephitim. Quod totum ſolerti emblemate expreſſit Jeremias. Pingit enim Heroinam oris venuſtate, ac inſtructu nobilem, quæ gemmarum collucentium ſplendore & murice ſpoliata, inſtar ſcarabæi volutatur in luto, cœno, ſtercore. (*a*) *Qui*, inquit, *nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Græci Patres habent: *Qui nutriebantur in cocco.* Itaque Regali purpurâ, nuptiali veſte, Imperatoriâ veluti trabeâ abjectâ, totum ſe abjicit in ſterquilinium, ut diſſuavietur ſtercora.

II. Quòd ſi hujus rei veritas adhuc tibi ſit obſcura, clariùs elucebit in Lucifero. Hic primùm, ut Cherubinorum primus, erat Lucifer; ut Seraphinorum Princeps, erat ignifer, ſapientiæ luce conſpicuus, amoris igne fervidus, cui ne quid deeſſet magnificentiæ ad ſplendorem, venuſtatis ad decorem.



(*a*) *Then. 4. 5.*

(*a*) *Omnis lapis pretioſus*, erat ejus *operimentum*. Hic
tamen omnis excellentiæ miraculum, Dei ſignacu-
lum, pulchritudinis prodigium, vix cogitatione ad-
miſit, voluntate commiſit flagitium, cùm ſubitò ſpe-
ciem tam horrificam, & ſpurcam induit, ut ſi, Deo
permittente, ſe nobis ſpectabilem exhiberet, ejus fœ-
ditas omnes ſpectantes mente dimoveret, & ſolu-
artuum compagibus, animus evolaret è corpo-
perterritus tanta turpitudine. Quàm multi tam-
hanc ex omnium ſordium colluvione concret-
belluam, vel potiùs tartaream furiam, exoſculan-
ut ſuam filiolam, O excordis hominis extremam
cordiam! qui ultrò ſe peccato contaminat, bonis o-
mnibus expoliat, & pro venuſtate illa inexplicabil-
pro decore illo inæſtimabili, ſit momento uno hor-
bile monſtrum, ſtercorata larva, olidum ludibriu-
catharma mundi, peripſema orci, carcinoma dæm-
num, odium beatarum mentium, totius rerum u-
verſitatis terriculamentum?

III. Quomodo tot ſordibus infecta, tot vul-
ribus confecta anima, petet amplexus Sponſi? Fœt-
oris, & gravior inde exhalans ſpiritus, ſufficiens-
cauſa diverſorii in thoro: quomodo tot ſordib-
inquinata audebit petere, ut oſculetur illam Spo-
ſus oſculo oris ſui? Quid ſi huic fœditati adjung-
quæ ex illa ſequantur damna? Lædi videlicet ta-
tam Majeſtatem, cui ſe ſubmiſit omnis altitud-
à viliſſimo lædi hommoncione, cui poteſtas eſt p-
cipitare in orcum, eodem momento, quo ſe inqui-
peccato, cælum claudi, inferos aperiri, abju-

(*a*) *Ezech*. 28.

cari lumen rationis, pollui conſcientiam, templum Dei, obſcurare mentem, ſervitutem iniri dæmonis, expelli beatos Angelos, Dei providentia, & amore ſpoliari, debilitari animum ad virtutum, & bonorum operum ſtudium, prono curſu ferri præcipitem in omnem calamitatem. Peccatum eſſe non tantùm turpe, ſed ipſam turpitudinem, credo te jam credere. Quid igitur, qui non potes pati labem in fronte, maculam in veſte, pateris tot ſordes in mente! Minima macula animæ, reddit animam quaſi ſtabulum Augiæ. Cur igitur non attollis animam ad Deum, oculos ad cælum, & ſuſpiranti corde, ac ſingultienti voce, quoties ſonat hora, exclamas cum S. Auguſtino? *Quare non hac hora finis turpitudinis meæ?* Si ita turpem mors te occupat, nullus erit finis pœnæ meæ, cur non ergo jam finis eſt turpitudinis tuæ. Forſan hæc noviſſima hora eſt, fors hac hora ſiſtar tribunali mei Judicis, quare non hac hora ſiſtar tribunali mei Judicis, quare non hac hora meæ turpitudinis? Noli ergò inire fœdus cum fœdiſſimo peccato. Quia

*Eſt animus fœdus, pangens cum crimine fœdus.*

## 29. DIES MAII.

Fiunt inſtrumenta pœnarum, quæ fuerunt oblectamenta culparum. *Laurent. Juſtin. de P. c. 4.*